Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Quaestio 1ma

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

Quid & quotuplex.

2

Quaestio 1ma

Quid et quotuplex sit voluntarium

Conclusio 1. voluntarium sic ex Philosophum Eth. c. 1. est id quod provenit a principio intrinseco, cognoscente singula in quibus est actio. Sensus est: voluntarium est id, quod provenit ab appetitu eius, qui novit circumstantias et omnem actus ab appetitu procedentis. Vel voluntarium est cuius principium id est, appetitus realiter est in ipso agente, sciente singulas circumstantias in quibus versatur actio. Haec definitio etiam convenit spontaneo, in brutis, quae, ut brutis negabit spontaneum et dicitur actio id, quod ab appetitu seu rationali seu sensitivo procedit. Voluntarium autem dicitur id proprie, quod a rationali voluntate cum perfecta cognitione procedit: unde proprie dicta ratio voluntarij convenit tantum operationibus elicitivis, aut imperatis perfectis a natura rationali, et eius voluntate, sive deinde operans, sive deinde operationes illae necessario aut indeliberatae seu libere aut deliberatae a voluntate procedant ut infra patebit.

Conclusio 1ma. definitio antiqua de voluntario

Voluntarium est id etc.

Explicatio definitionis voluntarium est cuius principium appetitus realiter est in ipso agente sciente singulas circumstantias in quibus versatur actio.

Convenit etiam spontaneo, brutis, quibus a Philosopho non negatur spontaneum. Spontaneum dicitur omne quod ab appetitu rationali seu sensitivo procedit.

differentiatur à volito, quia volitum est praecise voluntatis obiectum quale est saepe etiam res, quae nullo modo procedit à voluntate voli[ta], ut pluvia, serenitas, agricolis volita, ut non voluntaria cum non sint illius causa. Contingere tamen potest, ut una eadem eademque sit et obiectum voliti simul et ab eadem aliqua ratione tendatur, et dependeat etiam à principio; unde fit, ut ea actio, tum simul et volita sit et voluntaria; sic actus ab alia potentia, quam à voluntate eliciti, sed tamen à voluntate imperati, sunt simul voliti et voluntarii: sicut et volita sunt et voluntaria est actio, immediate à voluntate elicita, et per actum reflexum volita; sic affectus, v.g. quo carnifex vult furem plectere, vult carnifici sit voluntarius, non tamen est per se idem volitus, quamvis volitus est post: at vero externa furis occisio, ab illo affectu imperata est ipsa voluntaria, quia procedit mediate saltem à voluntate ut effectus à causa, et sit etiam volita, quia occisio est obiectum voluntatis, eandem imperantis.

Non voluntarium et involuntarium idem non sunt, sicut nec invitum et non spontaneum: contradictorie enim opponitur spontaneo non spontaneum, et voluntario non voluntarium: contrarie vero spontaneo opponitur invitum; et voluntario involuntarium. — Differentiat haec latitudo in praedicationis: omne enim invitum est non spontaneum, similiter et omne involuntarium est non voluntarium: sed non vice versa: siquidem ex contrario recte infertur contradictorium: est nigrum, ergo non est album. Non item ex contradictorio infertur contrarium: est non album, ergo nigrum est.

E. g. est nigrum, ergo non est album. Sed non sequitur: talis modus est non album, ergo nigrum vi contradictionis

Differentia inter voluntarium & volitum. Volitum est praecise obiectum, quod saepe nullo modo procedit à voluntate. Saepe contingit ut una sit obiectum et à voluntate aliquo modo tendatur à principio et causa, et tunc est simul volitum et voluntarium.

Actus à voluntate imperati sunt voliti & voluntarii.

Actio immediate à voluntate elicita est voluntaria & per actum reflexum volita. E. g. carnifice.

Differentia inter non voluntarium & involuntarium, & non spontaneum.

Contrarie opponitur spontaneo invitum, & voluntario involuntarium.

Omne involuntarium est non voluntarium, sed non vice versa.

Ex contrario recte infertur contradictorium, non vice versa.

Quid & quotuplex

E:

ubi & modo ignoraõ faciat actionem esse involtrium.

ignoraõ sola facit involtrium, ut requiritur et repugnaõ voltis.

vide interpret[at]ive

voltrium & spontaneum cognoscentibus brutis; voltrium & involtrium intellectualibus solis competit; spontaneum & voltrium maxime rebus cognoscentibus competunt.

multiplex est divisio voltrij et involtrij.

voltrium proprie dictum seu perfectum, aliud est liberum, aliud necessarium.

voltrium liberum, & voltrium necessarium quid.

Baccalaureatu exemplis, sola & quidem ignoraõ facit actionem esse involtriam: veluti si hominem occidisti, [illegible] ratus aferum, sponte sive volens homicidium non commisisti. Non tamen sola ignoraõ facit actionem esse involtriam; sed requiritur et repugnaõ voltis, ut dicamur involtrie & inviti agere, teste Arle. lo. cit. Quapropter si in nemore quem maxime occisum a te esse cupis, per invincibilem errorem in venatione occidas pro fera, homicidium nec voltrium nec involtrium tibi erit. Porro Notandum hic est invitum & sicuti & spontaneum solis cognoscentibus sc. brutis, bestijs; involtrium & voltrium si proprie loquendo sit solis bestijs intellectualibus: at vero non spontaneum & non voltrium rebus non cognoscentibus maxime competit.

Conclusio 2da. Varia & multiplex est tam voltrij quam involtrij divisio, cum unum oppositorum tot modis, quot alterum multiplicetur. Est cois. Nam

1mo. voltrium proprie dictum seu ut alij dicunt, voltrium perfectum, aliud est liberum, & aliud necessarium. Voltrium liberum est quod ad effectum cognitionem finis, aut obiecti sequitur & procedit a principio intrinseco indifferente ad utramvis partem contradictionis. Voluntarium pfectum necessarium est, quod [illegible] ad obiectum finis sequitur cognitionem, & procedit a principio intrio, ut obiecto apprehenso, non maneat proprium, id est voltas indifferens, sed eo ipso determinetur ad unam partem contradictionis; quo pacto ex voltrios dicimus actus amoris, & gaudij beatifici, aeternumque amoris, quo pater, & filius spirans spiritum sanctum; & haec determinaõ voltis ad unam partem non provenit ex defectu cognitionis, sicut provenit determinaõ appetitus

brutorum, cuius proinde actus nisi fecte tn voltrij, vel potius cum non spontanij dicendi sint, sed provenit ex summa affectione obti, clare cogniti, quale obtm e Deus & beatitudo fœlix, ex his n. affecte apprehensis & cognitis provenit amor neius, qui tn etiam sit e voltrius, ex quod sit actus a volte elicitus, & ex affecta cognione proveniat.

Quaeres an voltrium liberum sit affectius voltrium, quam nerium, & e contra? R. voltrium liberum e affectius voltrium in ratione voltrij, & in genere moris, quam sit voltrium nerium: & e contra voltrium nerium e affectius quam voluntarium liberum in ratione entis.

Pritur. voltrius liberum affectius e, quam necessarium.

2do dividitur voltrium in directum seu explicitum S. Thom, vel in indirectum vel implicitum S. Thom. a 3 et alij &c. Voluntarium directum seu explicitum, est ac positive procedit a volte in objectum agens &c: quo mo actus voltij sive eliciti sive imperati censentur e voltrij. Indirecte voltrium e illud quod procedit a volte, quia fcum n. agit, cum tn agere poet, ac tenetur loquendo de voltrio culpabili & agere deberet: sic submersio navis censetur gubernatori eius indirecte voltria, qdo desistit a gubernaculo, mediante quo potuisset ac debuisset impedire submersionem navis. Ex quo patet voluntarium directe exerceri per actum positivum voltij, indirecte v. voltarium per omissionem actus.

Voltrius directum seu explicitus est, quod positive a volte procedit in obiectum agens &c.

Voltrium indirectum e, quod quidem a volte in objectum n. agit, cum tn agere potuisset & voltrie culpabili debuisset.

Indirecte voltrium sit per exercitij actum positivum voltij. Vt indirecte v. exercetur per omissionem actus.

Divisio 3tia in voluntarium per se, et in voluntarium in sua causa. Primum est, quod a volente ex proprio ac formali proposito fit, ac dependet. Posterius est, quod non in se, sed solum in sua causa est voluntarium.

3tio dividitur in voluntarium per se et in voluntarium in sua causa. Voluntarium per se, sive formaliter acceptum, est et dicitur illud, quod a volente, ex proprio ac formali proposito fit, ac dependet, ut v.g. est voluntaria praesens lectio. Voluntarium in sua causa appellatur id, quod non in se, sed solum in sua causa exigitur est voluntarium: sic illi qui voluntarie inebriat se, censentur ac voluntarie, rixas illas, vel blasphemias, quas in tali ebrietate committit, si prius novit in ebrietate solere talia agere.

Voluntarium dividitur in actuale, virtuale et habituale.

Actuale est intentio faciendi aliquid actu existens.

4to dividitur voluntarium in actuale, virtuale, et habituale. Itaque voluntarium actuale est, quando intentio aliquid faciendi actu existit; ut si sacerdos consecrans actu velit consecrare.

Voluntarium virtuale duplex sumitur. 1mo quando voltus, ut actu nihil amplius operetur, sed manet tamen in virtute seu aliquo effectu. v.g. Sacerdos intendit actu baptizare infantem, accingit se, et baptizat valide et baptizabit etsi fuerit distractus. 2do quando non fuit retractatus [illegible] Baptizandi.

Voluntarium virtuale duplici sumitur: 1mo quando volitus, ut actu nihil amplius operetur, sed manet tamen in virtute, seu aliquo effectu v.g. intendis actu infantem baptizare, ecclesiam adis, operi sacro te accingis, valide infantem baptizas, etsi tempore baptizationis mente ad alia fueris distractus. 2do quando voltus per actum contrarium non fuerit revocata v.g. si mane intendas omnia in Deum eo die referre, talis volitus censetur virtualiter permanere, quousque per contrarium actum ad hoc dispensatum actum retractetur, et consequenter ea opera eo die praestita sunt voluntaria virtualiter. An autem

voltrium hoc virtlē posteriori mō quantum sufficiat ad sacramentorum administracionem, jam dictum est in mō de sacramentis q^n. Voltrium habituale proprie dicitur e, qd fit ex hbtu & consuetudine sine particulari intentione praesenti vel praeterita virtlr perseverante, ut si dormiens verba consecrationis pronuntiet.

Sexto dividitur voltrium in tacitum expressum sive & interpretativum. Tacitum est, quod ex taciturnitate, iuxta juris dispositionem interpretationem colligitur prout regula juris hbt; qui tacet consentire videtur. quam tn immediate subsequens regula dicit: qui tacet non fatetur, sed nec utique negare videtur, ideo prior regula non est vera, nisi certis concurrentibus aliis adminiculis & conjecturis. Expressum quod verbis aut aliis signis exprimitur. Interpretativum est quod alicui dicitur voltrium ex praesumptione, & interpretatione vel juris vel hominum, & hoc ordinarie evenit, qdo in certis quibusdam actibus Epikia habet locum contra tenorem legis v. g. qdo consideratis considerandis prudenter judico superiorem non fore invitum, si hoc vel illud agerem, in tali casu censetur superior esse voltrius interpretative, sive non invoitrius, aut contra ejus voltatem.

Observandum tum est voltrium procedat a principio intrinseco cum cognitione singularem nullum actum, nec directe, nec indirecte, nec virtlr, nec interpretative, aut hbtlr esse

voltrium, si in ea ratione præsupponat cognitionem, qua e voltrius vivus defectu huius requisita cognitionis, ebrietas ex vino sub-
secuta Noemo nullo modo fuit voltria.

Quæstio 2da

Vtrum in actibus tam hominum quam brutorum inveniatur proprie dictum volun-
tarium.

Conclusio 1ma. Actus humani omnes proprie sunt voltrij motus sive libere. Item omnis, cum S. to Thoma Ar. 1. Ratio summitur ex definitione voltrij, quod est, quod provenit ab appetitu eius, qui novit circumstantias et obtm actus, ab appetitu procedentis; atqui omnis actus humanus ita procedit ab appetitu rationali hominis; ergo est voltrius motus.

Conclusio 2da. voltrium perfectum proprie non invenitur in ullis brutorum actionibus. S. Th. ar. 2. Ratio est 1mo bruta carent volte, ergo carent proprie dicto voltario, quod voltem, ut principium respicit. — 2do proprie dictum voltrium exigit perfectam cognitionem finis, qua videlicet non tantum cognoscitur bonitas finis Rationaliter accepti, sed et proportio eiusdem ad media, per quæ obtinendus est finis; at bruta non cognoscunt ita finem, ergo.